

In Alexandrum Severum

- 11 Te manet imperium caeli terraeque <marisque>,
te manet imperium quod tenet imperium.

-
- 12 Pulchrum quod vides esse nostrum regem,
<pulchrum> quem tetulit Syrum propago,
venatus facit et lepus comesus
de quo continuum capit leporem.

Responsum Alexandri

- 13 Pulchrum quod putas esse <vestrum> regem
vulgari miserande de fabella,
si verum putas esse non irascor.
Tantum <tu> comedas velim lepusclos,
ut fias animi malis repulsis,
pulchris ne inideas livore mentis.

Titulus Aureoli tyranni

- 14 † Dona sepulchrorum victor post multa tyranni
proelia iam felix Claudius Aureolum
munere prosequitur mortali et iure superstes,
vivere quem vellet, si pateretur amor